SEQVITVR LIBER MOSIS QVARTVS, QVI NVMERI APPELLATVR.

Argumentum vniuerſæ hiſtoriæ.

QVARTVS hic Liber continet hiſtorias rerum geſtarum à populo Dei per annos 39. vno menſe minus. Itaq; præcipuos errores per loca deſerta complectitur, cæremonias etiam & leges expreſſiùs explicat. Deſcribuntur etiam diuerſa prælia contra hoſtes, & multi caſus populi Dei, quibus contra Dominum ſuum peccauit, & atroces dedit pœnas, vſque dum peruenerunt ad Iordanem, & initia terræ promiſſionis occuparunt.

Collocatio partium & locorum hnius libri.

Diſtinguemus hiſtoriam vniuerſam in qua-